

quare de vestre pietatis mira sanctitate confisuri, que iustas orantium preces exaudire non renuit et universitatem nostram paterne dilectionis animo respicere consuevit, paternitati vestre cum debite venerationis oraculo supplicamus, quatinus amore nostre universitatis citationem prefatam dignemini absque citatorum gravamine revocare, promittendo  
 5 predictum dominum Wernerum in partibus coram venerabili in Christo et domino Iohanne episcopo Mersseburgensi aut alio quocunque iudice a vestra sanctitate sibi deputato, qui iustitiam in cunctis fovere dinoscitur prosequi, si quam adversus citatos huiusmodi habet vel habuerit actionem, quod utique ex affectu deposcimus et cordialiter affectamus, ne  
 10 tam graves persone tanti itineris spatium arripere tunc cogantur, illud nobis reputantes pro consolatione et gratia singulari, non tantum ut nostra in hoc desideria compleantur, sed ut partes ab instantia iudicii secundum quod ordo postulaverit rationis absolvantur finaliterque bono fine concordentur, ut omnis querele materia consopita ad parcendum  
 15 die mensis iulii, nostri rectoratus sub sigillo.

Vestre sanctitatis humiles et ad eius mandata parati  
 rector et universitas studii Lypczensis.

## 109.

*Rektor und Universität schreiben abermals an Papst Nicolaus in Sachen des Bremer Klerikers  
 20 Werner Everhard und der Leipziger Bürger. Leipzig, 1451 Juli 13.*

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 1249 fol. 182<sup>b</sup> (A). Eine zweite davon abweichende Redaktion ibid. fol. 181<sup>b</sup> (B).*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Nicolao divina providentia sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, domino sibi gratiosissimo cum  
 25 humillime ac debite reverentie devotissimo famulatu se ipsos ad pedum oscula beatorum. Virtus clementie que a summis potestatibus precipuum contrahit ornamentam, tunc specialiter commendatur cum ad futura prospiciens pericula precavenda iuris rigorem temperat, difficultatibus litium moderatur. Hinc est pater beatissime quod proconsules et quidam alii potiores de opido Lypczick Mersseburgensis diocesis nobis insinuare non sine  
 30 querelis gravibus curaverunt<sup>a)</sup>, quomodo quidam Wernherus Everhardi de diocesi Bremensi<sup>b)</sup>, nostre universitatis membrum, ante plures annos in cuiusdam forefacti strepitu in eodem opido graviter<sup>c)</sup> se lesum asserit<sup>d)</sup>, et tamen ipse<sup>e)</sup> interfluente longi temporis spatio eos<sup>f)</sup> quos reos in hoc reputat super huiusmodi lesione coram iudice competente hucusque ut asserunt<sup>g)</sup> neglexerit convenire, sed modo eos<sup>h)</sup> in numero satis magno inquietare satagat ad apostolicum iudicium iam citatos. Propter quam inquietationem possit  
 35

109. a) studuerunt B. b) Ev. de d. Br. fehlt B. c) graviter fehlt B. d) laesum se asserit minus iuste B. e) ipse fehlt B. f) illos B. g) hucusque ut asserunt fehlt B. h) et nunc eos B.